



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo sancti dominici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sancti dominici.

Incedunt. Et ideo ponitur conclusio talis. q̄ beatus iacobus innat suis orationibus oēs interpellātes eum debito modo et tanto magis q̄to est p̄fectioris caritatis. q̄to est deo coniunctior. tāto eius orationes sunt magis efficaces. habet enim hoc diuinus ordo ut ex superiorū excellentia in inferiora refundat. sicut ex claritate solis in aerem. ¶ Ad ratiōes in oppositū. ¶ Ad primā respōdet negando p̄nam. Et ratio est. qz sancti impetrant id quod deus vult fieri per orationes eorum. et hoc petunt qd estimant eorū orationib⁹ implēdum s̄m dei voluntatē. ¶ Ad secundā respōdetur negando p̄nam. Et ratio est. qz sancti hīc viuētes meruerūt ut pro nobis orarent. et ideo eos inuocamus nominibus q̄bus hīc vocabantur quibus etiā nobis magis innotescunt. Et iterum p̄pter fidem resurrectionis insinuandā. sicut legitur Exo. iij. Ego sum deus abrahāz. et ideo optime dicitur. Sancte iacobe. ora pro nō. ¶ Ad tertiam respōdetur negando cōsequentia. Et ratio est. qz aliud est impetrare et aliud mereri. et ideo sancti et si nō possunt mereri. quia sunt extra statum vie. possunt tamen nobis suis orationibus impetrare. et sic beatus iacobus cuius potentissimū testimonium est immensitas scz miraculorū que fiunt quasi omni die scilicet suis sc̄tis pro nobis orat.



M festo sancti dominici institutoris ordinis p̄dicatorū est euāgelium. Vos estis sal terre. ¶ Matt. v. Circa qd̄ possunt disputari sequētes questionēs. ¶ Prima. vtrū beatus dominicus conuenienter religionem instituit ad predicandū vel cōfessiones audiendum. ¶ Secūdo. vtrū beatus dominicus conuenienter instituit religionem que litterarum studio insisteret.



D primas questionēs sic p̄ceditur. et videtur qd̄ beatus dominicus nō debuerit instituire religionē aliquā ad predicandū vel confessiones audiendum. ¶ Primo sic. nihil conuenienter instituitur ad id quod non competit ei facere. sed religiosi nō cōpetit predicare aut cōfessiones audire. Dicitur enim. s. q. j. Do nachoz vita subiectionis habet verbum et disciplinatus. non ducendi vel presidendi vel pascendi alios. et eadem ratio videtur esse de alijs religiosi. ergo inconuenienter beatus dominicus instituit religionem siue ordinem ad predicandum. ¶ Secūdo sic.

Inconueniens videtur esse quod an-
 croitas predicandi et confessio-
 nes audiendi infinitis homini-
 bus communicatur. sed non est
 certus numerus eorum qui in re-
 ligione recipiuntur. ergo videtur
 inconueniens talem religionem
 instituisse. ¶ Tertio sic. institutio
 ecclesie debet sequi institutionem christi
 sed christus primo misit ad pre-
 dicandum apostolos duodecim. vt
 habet luc. ix. et postea misit. lxxij.
 discipulos. vt patet luce. x. Et sicut
 glosa dicit ibidem. Apostolorum
 formam tenent episcopi. lxxij. discipu-
 lorum minores presbyteri. s. cur-
 rati. ergo preter illos non debuit
 aliqua alia religio institui ad pre-
 dicandum vel confessiones audien-
 dum. ¶ In oppositum est euange-
 lium. vbi dicit. Vos estis lux mun-
 di. scilicet per illuminationem fidelium.
 ¶ Respondeo dicendum sub dua-
 bus conclusionibus. Prima est.
 conueniens fuit vt aliqua religio
 institueret ad predicandum et profes-
 siones salutes audiendum. Ista con-
 clusio probatur sic. C. ij. q. cxxxvij.
 ar. iij. Inconueniens fuit si conuenienter religio
 aliqua institui potuit ad operari-
 te actiue secundum quod ordinatur ad vti-
 litatem primorum et ad obsequium
 dei et conseruationem diuini cul-
 tus. cum autem magis procuret
 vtilitas primorum per ea que per-
 tinent ad spirituale anime salu-
 tem quam per ea que pertinent ad subue-
 niendum corporali necessitati. con-
 ueniens instituitur religio ad
 predicandum. cuius hoc magis p-

tineat ad obsequium dei. cui nul-
 lum sacrificium est in agis acce-
 ptum quam zelus animarum. vt greg.
 dicit super Ezech. Maius etiam
 est spiritualibus armis contra er-
 rores hereticorum et temptatio-
 nes demonum fideles defendere
 quam corporalibus armis populorum
 fidelem tueri. et ideo conueniens
 est ad predicandum et ad alia que
 pertinent ad salutem animarum
 aliquam religionem institui. ¶ Secunda
 conclusio. conuenienter fecit beatus
 dominicus procurando apud sedem
 apostolicam quod talis religio insti-
 tueretur. Tum propter multitudi-
 nem fidelium et raritatem persona-
 rum sufficientium ad docendum
 populos fideles. et fidei catholi-
 cam contra hereticos defenden-
 dum. ¶ Cum de beato dominico can-
 tatur. Doctrinam euangelicam
 spargens per orbis cardines. pe-
 stem fugat hereticam nouum pro-
 cens ordinem. Quod autem hec pro-
 curatio institutionis huiusmodi
 religionis fuerit necessaria et deo
 accepta. patet ex eo quod invita bea-
 ti dominici legitur. Qui cum pre-
 dictis de causis motus sancto ani-
 marum zelo iret ad consilium ge-
 nerale lateranense. vt a summo pon-
 tifice innocencio ordo diceretur
 predicatorum. et etiam confir-
 mari sibi suisque successoribus im-
 petraret. qui pontifex cum ali-
 quantulum se difficilem exhibe-
 ret nocte quadam idem ponti-
 fex vidit in somnis quod lateranensem
 ecclesiam graue subito ruina mina-

In festo sancti dominici.

retur. quod cum tremens intueretur. vidit ex aduerso quod dei dominicus occurrebat humeris superpositis totam illam casuram sustentabat. euigilans. autem et visio nem intelligens. petitionem viri dei alacriter acceptauit. hortatus ut ad fratres suos rediens regulam aliquam probatam sibi eligeret. et sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. Verum interea innocencio defuncto a successore suo honozio quod postulauerat impetrauit. Ad rationes in oppositum. Ad primam rident negando minorem. quoniam licet propria auctoritate non conueniat. competit auctoritate papae aut prelatorum. Ad probationem autem respondetur quod nihil probat. quia quod aliquis religiosus auctoritate prelatorum predicet audiat confessiones aut faciat huiusmodi. non supergreditur disciplinatus vel subiectionis gradum qui competit religiosus. Vel potest dici quod non est idem de monachis et de istis religiosus. quia monachi non habent ex institutione sua his actibus curam dare religiosi vero predicatorum in sua institutione sunt his actibus mancipari. Ad secundam ridentur negando consequentiam. Et ratio est. quia a prelatibus non conceditur talibus religiosus ut quilibet indifferenter possit predicare vel confessiones audire. sed secundum moderationem eorum que huiusmodi religionibus proficiuntur. vel secundum

rationem ipsorum prelatorum. Ad tertiam ridentur. negando consequentiam. Et ratio est. Licet quod formam. licet discipulorum non solum tenent presbiteri curati sed quicumque alij minoris ordinis qui episcopis in eorum officio subserviunt. Tum secundo. quia non legitur quod licet discipulis alijs determinatas parrochias assignaret. sed quod mittebat eos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quod erat ipse venturus. Tum tertio. quia oportuum fuit ut preter ordinarios prelatos alij assumerentur ad huiusmodi officia propter multitudinem fidelis populi et difficultatem inueniendi sufficientes personas distribuendas singulis plebibus. sicut et religiones ad militandum necesse fuit institui propter defectum secularium principum ad resistendum infidelibus in aliquibus terris.



Ad secundam questionem sic procedit. Et videtur quod beatus dominicus non conuenienter instituit ut in religione sua litterarum studio insisteret. Primo sic. dicit enim in psalmo. Quoniam non cognoui litteraturam. Introibo in potentias domini. dicit glo. sibi. Virtutem christianam scilicet perfectio christiane virtutis maxime videtur ad religiosos pertinere ergo eorum non est

studio litterarum insistere. ¶ Secundo sic. id quod est dissensionis principium non competit religionis quod in unitate pacis congregantur. sed studium dissensionem inducit. Unde hiero. sup epistolam ad titum dicit. Antequam dei instinctu studia in religione fierent et dicerent in populis. Ego sum pauli etc. ergo videtur quod nulla religio deberet institui ad studium. ¶ Tertio sic. professio christiana differt a professione gentilitium. sed apud gentiles aliqui prophetiam profitebantur et nunc aliqui seculares dicuntur aliarum scientiarum professores. non ergo religionis convenit studium litterarum. ¶ In oppositum est illud hieronimi in epistola ad paulinum monachum. invitatus eum ad discendum in statu monastico dicens. Discamus in terris quorum scientia nobis perseveret in celis. Et infra quicquid quaesieris tecum scire conabor. ¶ Rursus dicendum quod convenienter beatus dominicus instituit in religione sua ut litterarum studio insistere. Ista conclusio potest satis ex precedenti questione. quia illa principalia ad quod ordinatur religio predicatorum sicut predicare et alia huiusmodi non possunt convenienter sine studio preuenio litterarum fieri. Unde notandum quod (ut habet. ij. q. clxxxviii. ar. v.) studium litterarum competit religioni tripliciter. Primo quod ad id quod est proprium vite contemplative. ad quam studium litterarum dupliciter adiuvat.

Uno modo directe ad contemplandum divina. illuminando scilicet intellectum. Unde in laudem viri iusti dicit in ps. In lege domini meditabitur die ac nocte. Alio modo studium iuvat contemplativam vitam indirecte removendo contemplationis pericula. scilicet errores qui in contemplatione divinorum frequenter accidunt in his qui scripturas ignorant. Sicut in collationibus patrum legitur quod abbas serapion propter simplicitatem incidit in errorem antrophomorphitarum. id est eorum qui deum habere humanam formam arbitrantur. Unde dicit gregorius in. vii. moral. quod nonnulli dum plus exquirunt contemplando quam capiunt usque ad perversa dogmata erumpunt et dum veritatem discipuli humiliter negligunt. magistri errorum fiunt. Secundo necessarium est studium litterarum religioni institute ad predicandum et ad confessiones audiendum et alia huiusmodi exercendum. Unde apostolus ad titum. scilicet de episcopo ad cuius officium huiusmodi actus pertinent. Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermones ut potens sit exhortari in doctrina sana. et eos qui contradicunt arguere. Nec obstat quod apostoli absque studio litterarum ad predicandum sunt missi. quia ut dicit hieronymus in epistola ad paulinum. Quicquid alijs exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere solet. illis hoc spiritus sanctus suggerere

In festo sancti laurentij.

bat. Tertio studiū litterarū religio-
 ni p̄gruit q̄tū ad id qd̄ est oi-
 religioni cōmune. Valer quidez
 ad vitandū carnis lascivā. S̄i
 hiero. ad rusticū monachū. Ama
 scripturarū studia. ⁊ carnis deli-
 tias non amabis. Valet etiā ad
 auferendū cupiditatē diuitiarū
 vt sap. viij. Diuitias nihil esse di-
 xi in comparatiōe illius. Valet
 etiā ad obedientie documētū.
 S̄i angu. in li. de operibus mo-
 nachoz. Que est ista peruerſitas
 lectioni nō obtemperare dū vult
 eivacare. S̄i manifestū est q̄ cō-
 ueniēter beatus dicitur instituit
 vt in religione sua litterarū stu-
 dio insisteretur. ¶ Ad ratiōes in
 opposituz. ¶ Ad primā r̄idet. ne-
 gādo p̄sequentia. ⁊ ad pbationē
 r̄idet q̄ glo. illa exponit de lit-
 tera veteris legis. de qua aposto-
 lus dicit. ij. Cor. inth. iij. Littera
 occidit. Unde nō cognoscere lit-
 teraturā est non approbare litte-
 ralem circūcisionē ⁊ ceteras car-
 nales obseruātiās. ¶ Ad scd̄am
 r̄idet negando p̄sequentia. Et
 ratio est. qz assumptū nō est sem-
 per verū. studiū enim ad scientiā
 ordinat. si aut̄ scientia est sine ca-
 ritate inflat. ⁊ per cōsequens dis-
 tensionem facit. qz inter supbos
 semper sunt iurgia. Prover. xij.
 sed quādo est cum caritate edifi-
 cat ⁊ concordia parit. Qd̄ nō in-
 ducit de hiero. r̄idet q̄ non lo-
 quitur de studijs litteraz. qz con-
 tradiceret sibi. s̄ loquit̄ de stu-
 dijs discensionū que per hereti-

cos ⁊ scismaticos intrauerūt in
 religionē xp̄ianā. ¶ Ad tertiam
 r̄idet negādo p̄sequentia. Et ra-
 tio est. qz philosophi p̄fitebant̄
 studia litteraz q̄tum ad seculas
 res doctrinas. s̄ religioſis cōpe-
 tit principaliter intēdere studio
 litterarū pertinentiū ad doctri-
 nam que fm̄ pietatē est vt dicit̄
 ad tirum. j. alijs autē doctrinis
 intendere nō pertinet ad religio-
 sos. quoz tota vita diuinis obse-
 quijs mancipat nisi q̄tum ordi-
 nantur ad sacram doctrinam.



In festo san-
 cti laurentij est
 euangelium.
 Nisi granū ec.
 Job. xij. Circa
 quod possunt
 disputari se-
 quentes q̄stio-
 nes. ¶ Prima

vt̄rum beatus laurentius habē-
 do odio animaz suam in hoc mū-
 do custodiuit illam in vitā eter-
 nam. ¶ Scd̄a. vt̄rum martyrū
 eius fuerit actus maxime virtu-
 tis fortitudinis.



¶ Prima
 quēstionē qua
 querit. vt̄rum
 beatus lauren-
 tius habendo
 odio animam
 suā in hoc mū-
 do custodiuit
 illam in vitā
 eternaz sic p̄cedit. Et videt̄ q̄